

Año XXXVII. 15 de Agosto de 1896. Núm. 15.

BOLETIN OFICIAL DEL OBISPADO DE OSMA.

Este BOLETIN se publica ordinaria mente los días 15 y 30 de cada mes, pudiendo anticiparse o retrasarse algún numero, cuando las necesidades del servicio lo reclame y así lo disponga el Prelado. La colección será objeto de Santa Visita.

La Administración del BOLETIN está a cargo de la Secretaría de Cámara, donde se admiten suscripciones, mediante pago anticipado de 6 pesetas al año. A las tabernaculas se hará cada semestre el descuento estrictamente necesario.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
LEONIS
DIVINA PROVIDENTIA
PAPAE XIII
EPISTOLA ENCYCLICA

AD PATRIARCHAS PRIMATES ARCHIEPISCOPOS EPISCOPOS
ALIOSQUE LOCORVM ORD.NAR.OS
PACEM ET COMMVNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTES.

VENERABILIS FRATRES
PATRIARCHIS PRIMATIBVS ARCHEPISCOPIS EPISCOPIS
ALIISQUE LOCORVM ORDINARIIS
PACEM ET COMMVNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTIBVS

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES

SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

(Prosequitur).

Itaque Paulus Apostolus christianos, ut idem sentiant omnes, effugiantque opinionum dissidia non rogat

tantum, sed flagitat ac plane obsecrat: *Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi: ut id ipsum dicas omnes; et non sint in uobis schismata: si:is autem perfecti in eodem sensu, et in eadem sententia* (1). Quae lccā sane non indigent interprete: satis enim per se loquuntur ipsa, Ceteroqui unam esse fidem debere, qui se profitentur Christianos, vulgo assentiuntur. Illud potius maximū momenti ac proorsus necessarium, in quo multi errore falluntur, internoscere quae sit istius species et forma unitatis. Quod ipsum, ut supra fecimus in caussa simili, non opinione aut coniectura est, sed scientia rei gestae iudicandum: quae:endo scilicet statuendoque qualem in fide unitatem Iesus Christus esse praeceperit.

Iesu Christi doctrina caelestis, tametsi magnam partem consignata litteris afflatu divino, colligare tamen mentes, permissa hominum ingenio, ipsa non poterat. Erat enim proclive factu ut in varias incidet atque inter se differentes interpretationes: idque non modo propter ipsius vim ac mysteria doctrinae, sed etiam propter humani ingenii varietatem, et perturbationem in studia contraria abeuntium cupiditatum. Ex differentia interpretandi dissimilitudines sentiendi necessitate nascuntur: hinc controversiae, dissidia, contentiones, qualia incumbere in Ecclesiam ipsa vidit proxima originibus aetas. De haereticis illud scribit Irenaeus: *Scripturas quidem confitentur, interpretationes vero convertunt* (2). Atque Augustinus: *Negue enim natae sunt haereses et quaedam dogmata perversitatis illaqueantia animas et in profundum præcipitiantia, nisi dum scripturae bonae intelliguntur non bene* (3). Ad coniugandas igitur mentes, ad efficiendam tuendamque concordiam sententiarum,

(1) Corinth. I, 10.

(2) Lib. III. cap. 12, n. 12.

(3) In Evang. Ioan. tract. XVIII, cap. 5, n. 1.

ut extarent divinae litterae, omnino erat alio quodam *principio* opus. Id exigit divina sapientia: neque enim Deus unam esse fidem velle potuit, nisi conservandae unitatis rationem quamdam idoneam provisisset: quod et sacrae litterae perspicue, ut mox dicturi sumus, significant. Certe infinita Dei potentia nulli est vincta vel adstricta rei, omniaque sibi habet obnoxie, velut instrumenta, parentia. De isto igitur principio externo, dispiciendum, quodnam ex omnibus, quae essent in potestate sua, Christus optarit. Quam ob rem oportet christiani nominis revocare cogitatione primordia.

Divinis testata litteris, eademque vulgo cognita commemoramus. Iesus Christus divinitatem divinamque legationem suam miraculorum virtute comprobavit: erudire verbo multitudinem ad caelestia insistit, omninoque iubet ut sibi fides docenti adiungatur, hinc praemiis illinc poenis propositis sempiternis: *Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi* (1). *Si opera non fecissem in eis, quia nemo aliis fecit, peccatum non haberent* (2). *Si autem facio (opera), et si mihi non vultis credere, operibus credite* (3). Quaecumque praecipit, eadem omnia auctoritate praecipit: in exigendo mentis assensu nihil excipit, nihil secernit. Eorum igitur qui Iesum audissent, si adipisci salutem vellent, officium fuit non modo doctrinam eius accipere universe, sed tota mente assentiri singulis rebus, quas ipse tradidisset: illud enim repugnat, fidem vel una in re non adhiberi Deo.

Maturo in caelum reditu, qua ipse potestate missus a Patre fuerat, eadem mittit Apostolos, quos spargere ac disseminare iubet doctrinam suam: *Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. Euntes*

(1) Ioan. X, 37.

(2) Ioan. XV, 24.

(3) Ioan. X, 38.

*ergo docete omnes gentes... Docentes eos servare omnia,
quaecumque mandavi vobis (1). Salvos fore, qui
Apostolis paruissent, qui non paruissent, interituros:
Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit: qui
vero non crediderit, condemnabitur (2). Cumque illud
sit providentiae Dei maxime congruens, ut muneri
praesertim magno atque excellenti praeficiat nemini
nem, quin pariter suppeditet unde liceat rite defun-
gi, idcirco Iesus Christus missurum se ad discipulos
suos Spiritum veritatis pollicitus est, eumque in ipsis
perpetuo mansurum: Si autem abiero, mittam eum
(Paraclitum) ad vos... Cum autem venerit ille Spiritus
veritatis, docebit vos omnem veritatem (3). Et ego
rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis, ut
maneat vobiscum in aeternum, Spiritum veritatis... (4)
Ille testimonium perhibebit de me: et vos tu testimonium
perhibebitis (5). Hinc doctrinam Apostolorum reli-
giose accipi sancteque servari perinde imperat ac
suam: Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me
spernit (6). Quamobrem legati Apostoli a Iesu Chris-
to sunt non secus ac ipse legatus a Patre: Sicut misit
me Pater, et ego mitto vos (7): propterea quemad-
modum dicto audientes Christo esse Apostolos ac
discipulos oportuit, ita pariter fidem adhibere Apos-
tolis debuerant, quoscumque ipsi ex mandato divino
docuissent. Eigo Apostolorum vel unum repudiare
doctrinae praeceptum plane non plus licuit, quam de
ipsius Christi doctrina reiecerisse quidquam.—Sane
Apostolorum vox, illapso in eos Spiritu sancto, quam
latissime inscruuit. Quacumque vestigium posuissent.*

(1) Matth. XXVIII, 18-19-20.

(2) Marc. XVI, 16.

(3) Ioan. XVI, 7-13.

(4) Ioan. XIV, 16-17,

(5) Ioan. XV, 26-27

(6) Luc. X, 16.

(7) Ioan. XX, 21.

perhibent se ab ipso Iesu legatos. *Per quem (Iesum Christum) accepimus gratiam, et apostolorum ad obedientium fidei in omnibus gentibus pro nomine eius: (1) divinamque eorum legationem passim Deus per prodigia in aperto ponit: Illi autem propter praedicaverunt ubique, Domino cooperante, et sermonem confirmante, sequentibus signis (2). Quem vero sermonem? eum utique, qui id omne comprehendenderet, quod ipsi ex magistro didicissent: palam enim aperenteque testantur, nihil se eorum posse, quae viderant quaeque audierant, non lequi.*

Sed, quod alio loco diximus, non erat eiusmodi munus apostolicum, ut aut cum personis Apostolorum interior posset, aut cum tempore labi, quippe quod et publicum esset et saluti generis humani institutum. Apostolis enim mandavit Iesus Christus ut praedicarent *evangelium omni creaturae, et portarent nomen ipsius coram gentibus et regibus, et ut sibi testes essent usque ad ultimum terrae.* Atque in tanti perfunctione muneris adfore se pollicitus eis est, idque non ad aliquot vel annos vel aetates, sed in omne tempus, *usque ad consummationem saeculi.* Quam ad rem Hieronymus: *Qui usque ad consummationem saeculi cum discipulis se futurum esse promittit, et illos ostendit semper esse victuros et se numquam a credentibus recessurum (3).* Quae quidem omnia in solis Apostolis, supremae necessitati ex humana conditione obnoxiiis, qui vera esse potuisserent? Erat igitur provisum divinitus ut magisterium a Jesu Christo institutum non iisdem finibus, quibus vita Apostolorum, terminaretur, sed esset perpetuo mansurum. Propagatum revera ac velut in manus de manu traditum videmus. Nam consecravere episco-

(1) Rom. I. 5.

(2) Marc. XVI, 20.

(3) In Matth. lib. IV. cap. 28. v. 20.

pos Apostoli, quique sibi proxime succederent in ministerio verbi, singillatim designavere. — Neque hoc tantum: illud quoque sanxere in successoribus suis, ut et ipsi viros idoneos adlegerent, quos, eadem auctoritate auctos, eidem praeficerent docendi officio et muneri: *Tu ergo, fili mi, confortare in gratia, quae est in Christo Iesu: et quae audisti a me per multos testes. haec commenda fidelibus hominibus, qui idonci erunt et alios docere* (1). Qua de causa sicut Christus a Deo, et Apostoli a Christo, sic episcopi et quotquot Apostolis successere, missi ab Apostolis sunt: *Apostoli nobis Evangelii praedicatores facti sunt a Domino Iesu Christo, Iesns Christus missus est a Deo. Christus igitur a Deo, et Apostoli a Christo, et factum est utrumque ordinatim ex voluntate Dei... Per regiones igitur et urbes verbum praedicantes, primitias earum spiritu cum probassent, constituerunt episcopos et diaconos eorum qui credituri erant... Constituerunt praedictos, et deinceps ordinationem dederunt, ut quum illi decessissent, ministerium eorum alii viri probati excirent* (2). Permanere igitur necesse est ex una parte constans atque immutabile munus docendi omnia, quae Christus docuerat: ex altera constans atque immutabile officium accipiendo profitendique omnem illorum doctrinam. Quod praecclare Cyprianus iis verbis illustrat: *Neque enim Dominus noster Jesus Christus, cum in Evangelio suo testaretur inimicos suos esse eos, qui secum non essent, aliquam speciem haereseos designavit: sed omnes omnino qui secum non essent et secum non colligentes, gregem suum spargerent, adversarios esse ostendit, dicens: Qui non est mecum adversum me est; et qui non mecum colligit, spargit* (3).

(1) II. Tim. II, 1-2.

(2) S. Clemens Rom. Epist. I ad Corinth. capp. 42, 44.

(3) Epist. LXIX. ad Magnum, n. 1.

post Apostoli, dumne si proxiime succederent in
— 263 — Nedenie

His Ecclesia praeceptis instituta, sui **memor officii**, nihil egit studio et contentione maiore, quam ut integritatem fidei omni ex parte tueretur. Hinc perduellum habere loco et procul amandare a se, qui de quolibet doctrinae suae capite non secum una sentirent. Ariani, Montanistae, Novatiani, Quartadecumani, Eutychiani certe doctrinam catholicam non penitus omnem, sed partem aliquam deseruerant: haereticos tamen declaratos, ejectosque ex Ecclesiae sinu quis ignorat fuisse? Similique iudicio damnati, quotquot pravorum dogmatum auctores variis temporibus postea consecuti sunt. *Nihil periculosius his haereticis esse potest, qui cum integre per omnia decurrant, uno tamen verbo, ac si veneni gutta, meram illam ac simplicem fidem Dominicae et exinde apostolicae traditionis inficiunt* (1). Idem semper Ecclesiae mos, idque sanctorum Patrum consentiente iudicio: qui scilicet communionis catholicae expertem et ab Ecclesia extorrem habere consueverunt, quicumque a doctrina, authentico magisterio proposita, vel minimum discessisset. Epiphanius, Augustinus, Theodoreetus haereseon sui quisque temporis magnum recensuere numerum. Alia Augustinus animadvertisit posse genera invalescere, quorum vel uni si quis assentiatur, hoc ipso ab unitate catholica seiungitur: *Non omnis, qui ista (numeratas videlicet haereses) non credit, consequenter debet se christianum catholicum iam putare vel dicere. Possunt enim et haereses aliae, quae in hoc opere nostro commemoratae non sunt, vel esse vel fieri, quarum aliquam quisquis tenuerit, christianus catholicus non erit* (2).

(Prosequetur).

(1) Auctor *Tractatus de Fide Orthodoxa contra Arianos*.

(2) *De Haeresibus*, n. 88,

E S. CONGREGATIONE RITUUM.

I.

DECRETUM.

**Episcopi sive Dioecesani sive Titulares condecorantur
iisdem privilegiis ac Emi. Cardinales, quoad Missae
privatae celebrationem.**

Plures Sacrorum Antistites Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII humillimas porrexerunt preces, ut in bonum fidelium atque in dignitatis Episcopalis decus, dispositionem Decreti, die 22 Augusti 1818 editi, super satisfactione praecepti de audienda Missa in Episcopali Sacello, relaxare dignaretur. Sacra porro Rituum Congregatio, de mandato ipsius Sanctissimi Domini Nostri, ejusmodi negotiis maturo examine perpendens, audito voto Commissionis Liturgicae, ad quaestionem per infrascriptum Cardinalem eidem Sacrorum Rituum Congregationi Praefectum, in Ordinariis Comitiis subsignata die ad Vaticanum habitis, propositam, respondendum censuit: «Postulandum a Sanctissimo, ut, deinceps Episcopi omnes, sive dioecesani, sive titulares, eodem privilegio condecorantur, quo fruuntur Patres Cardinales; scilicet, ut, non solum Ipsi in propriae habitationis Oratario, aut super ara portatili, ubicumque degant, Missam facere aliamque insui commodum permittere valeant: sed etiam Fideles omnes alterutram ex eisdem Missis audientes, quoties opus fuerit, praeceptum Ecclesiae adimpleant: contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 19 Maji 1896». Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII per meipsum infrascriptum Cardinalem relatis, Sanctitas Sua sententiam Sacrae Congregationis ratam habens, enunciatum Patrum Cardinalium privilegium ad quoscumque Episcopos cum Apostolica Sede communionem habentes exten-

dere dignata est, die 8 Junii, eodem anno.—CAJETANUS CARD. ALOISI MASELLA, S. R. C. Praef.—L. + S.—A. TRIPEPI S. R. C. Secret.

II.

DECRETUM GENERALE

CIRCA ORATIONES ET SEQUENTIAM IN MISSIS DEFUNCTORUM.

Ut omne tollatur Dubium super orationibus et sequentia dicendis in Missis Defunctorum, Sacra Ritum Congregatio declarat: I. Unam tantum esse dicendam Orationem in Missis omnibus, quae celebrantur in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum, die et pro die obitus seu depositionis, atque etiam in Missis cantatis, vel lectis permittente ritu diebus III, VII, XXX, et die anniversaria, nec non quandocumque pro defunctis Missa *solemniter* celebratur, nempe sub ritu qui dupli respondeat, uti in Officio quod recitatur post acceptum nuntium de aliquius obitu, et in Anniversariis late sumptis. II. In Missis quotidianis quibuscumque, sive lectis sive cum cantu, plures esse dicendas orationes, quarum prima sit pro defuncto vel defunctis certo designatis, pro quibus Sacrificium offertur, ex iis quae inscribuntur in Missali, secunda ad libitum, ultima pro omnibus defunctis III. Si vero pro defunctis in genere Missa celebretur, Orationes esse dicendas, quae pro Missis quotidianis in Missali prostant; eodemque ordine quo sunt inscriptae. IV. Quod si in iisdem quotidianis Missis plures addere Orationes Celebranti placuerit, uti Rubricae potestatem faciunt, id fieri posse tantum in Missis lectis, impari cum aliis praescriptis servato numero, et Orationi pro omnibus defunctis postremo loco assignato. V. Quod denique ad Sequentiam attinet, semper illam esse dicendam in quibusvis cantatis Missis, uti etiam in

lectis quae diebus ut supra privilegiatis fiunt: in reliquis, vel recitari posse vel omitti ad libitum Celebrantis juxta Rubricas.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 30 Junii 1896.

CAJ. CARD. ALOISI-MASELLA, S. R. C. Praef.

L. + S.

A. TRIPEPI, S. C. R. Secretarius.

DECRETUM S. C. CONCILII

QUOAD TAXAS FORI ECCLESIASTICI IN REBUS NON CONTENTIOSIS.

Ut norma haberetur uniformis in exactionibus pro variis actibus jurisdictionis ecclesiasticae non contentiosae, ac immodicarum taxarum onus, plurimumque controversiarum occasio tolleretur, Innocentius PP. XI legem tulit, quae, Innocentiana vulgo appellata, hujusmodi exactionum rationem apte moderabatur.

Sed cum haec lex italico idiomate esset exarata, et idcirco communiori Doctorum sententia eam non nisi Italiae et adjacentium insularum dioeceses proprie afficere traderetur, ceteris autem congruentem dumtaxat agendi regulam praebere; haud universim videbatur consultum incommodis, quibus amovendis lex illa prodierat.

Praeterea post tria ferme saecula a legis promulgatione, pecuniae valore et aestimatione mutatis, et in novis diversisque adjunctis societate versante, plena Innocentianae legis observantia in ipsis Italiae dioecesibus difficilis evasit, et quandoque etiam incongrua: unde Ordinarii majori in dies numero postulare cooperunt, ut novae peculiaresque exactiones ab Innocentiana diversae, probarentur aut tolerantur.

His mature perpensis, et per officium S. C. Concilii Archiepiscopis nedium Italiae sed et aliarum regionum de sententia rogatis, SSmus. D. N. Leo PP. XIII particularem Commissionem penes S. Con-

cili Congregationem constituit, eique in mandatis dedit; ut de hac re cognosceret suamque sententiam emitteret.

Jamvero in conventibus semel atque iterum ab ea habitis, tria quae sequuntur dubia, quibus universa quaestio comprehendi visa est, ad examen revocata sunt, nimirum:

«I. An et quae taxae imponi possint juxta prudentiae et justitiae regulas in materia sacramentali, ac speciatim in matrimoniali, itemque in materia beneficiaria.

«II. An generalibus quibusdam editis normis, specifica praefinitio taxarum in singulis dioecesibus Ordinariorum arbitrio sit relinquenda; an potius praescribendum, ut hac de re agatur in synodis provincialibus, et quatenus synodi haberi nequant, in conventibus Episcoporum in singulis provinciis, et in Italia in singulis regionibus, ad hunc effectum peculiariter habendis, sub lege nempe ut uniformis taxa in singulis provinciis seu regionibus quoad fieri possit statuatur, Sacrae Concilii Congregationi pro approbatione subjicienda.

«III. An et quae nam aliae provisiones hac de re sint adhibendae.»

Quibus Emi. Patres praevio Consultorum voto respondendum censuerunt:

«Ad I. Affirmative, ita tamen ut quoad actus qui directe respiciunt sacramentorum administrationem servetur dispositio *cap. 42 Decret. De simonix*, scilicet ut libere conferantur ecclesiastica sacramenta et piae consuetudines observentur.

«Quod vero ad reliquos actus, qui directe non respiciunt administrationem sacramentorum, uti sunt dispensatio a denuntiationibus matrimonii, venia conferendi baptismus in privatis domibus, et cetera hujusmodi,

«I.^o servandas laudabiles consuetudines, et ra-

»tionem prudenter habendam locorum, temporum ac
»personarum:

«2.º vere pauperes eximendos a quibusvis ex-
»pensis:

«3.º taxes non adeo graves esse debere, ut ar-
»ceant fideles a receptione sacramentorum:

«4.º quocad matrimonium in specie, remittendas
»ipsas taxes esse in casibus in quibus adsit periculum,
»ne fideles in concubinatum proruant:

«5.º tandem quocad beneficia ecclesiastica, taxes
»esse non debere preceptio aliter inadequatas iedi-
»tibus beneficium.

«Ad II. Negative ad primam partem, affirmative
»ad secundam.

«Ad III. Affirmative, et taxarum descriptionem
»seu notulam nō cdo et normis superius expositis con-
»fectam, quamprimum transmittendam ad S. Concilii
»Congregationem pro approbatione; quae tantum
»concedenda erit ad instar experimenti, pro dioce-
»sibus Europae ad quinquenium, pro reliquis vero ad
»decennium.»

Facta exinde de his omnibus relatione Sro. Do-
mino Nostro per infrascriptum S. C. Concilii Prae-
fectum, Sanctitas Sua dignata est resolutionem Em.
Patrum plene approbare et confirmare: simulque
mandavit ut ab omnibus ad quos spectat sedulo atque
integre servetur, contrariis quibuscumque minime
obstantibus.

Datum Romae ex aedibus S. C. Concilii die 10
Junii 1896.—A. CAR. DI PIETRO, S. C. Concilii
Praefectus.—BENIAMINUS, Archiepiscopus Nazianze-
nus, Pro-Secretarius.»

DECRETO

Singulari quilem protectione DE LA SAGRADA CONGREGACIÓN
DE OBISPOS Y REGULARES DETERMINANDO EL MODO Y FORMA
CON QUE LAS RELIGIOSAS DE INSTITUTOS DE VOTOS SIMPLES
HAN DE POSTULAR.

Ciertamente son dignas de protección y auxilio particulares las mujeres que se consagran á Dios en los Institutos religiosos para ejercer las obras de misericordia en beneficio de sus prójimos, no solamente de una manera directa, sino también postulando los recursos necesarios para sostener estas obras, ejercitándose así de un modo admirable en la humildad, en la paciencia, en la caridad y en las demás virtudes. Mas como este ministerio de postulación de limosnas, dadas las condiciones de la sociedad actual, no está exenta de peligros para las mujeres que en él se ejercitan si no se adoptan algunas precauciones, la S. C. de Obispos y Regulares, á petición de varios señores Obispos, y después de un exámen detenido y maduro ha tomado las resoluciones siguientes:

1.^a En los Institutos de votos simples no se encargarán de postular las Religiosas sino con espíritu de fe y buscando la subsistencia no para sí mismas, sino para Cristo Jesús, teniendo presentes sus palabras: «Todo lo que habeis hecho por uno de estos pequeños que son mis hermanos, á mí lo habeis hecho.» Además estarán sujetas con respeto y consideración á los Ordinarios de los lugares que recorran, considerándolos como sus padres y protectores, y pidiéndoles con confianza su consejo y apoyo en todas sus necesidades.

2.^a No se permitirá á las Hermanas de votos simples pedir limosnas dentro ó fuera de la Diócesis donde residen, sin la licencia del Ordinario del lugar de su respectiva residencia.

Cuando hubieren de salir, para postular, de la Diócesis ó de su respectiva residencia, deberán obtener antes la licencia del Ordinario del lugar donde haya de hacerse la postulación.

4.^a Esto no obsta para que las Superioras puedan, sin necesidad de autorización alguna, recibir las limosnas que espontáneamente se les ofrezcan para el cestamiento de la Comunidad, ó de las obras piadosas en que se ejerciten, como también podrán pedir limosnas por escrito á las personas piadosas y bienhechoras, mientras no se lo prohíba su legitimo superior por algún motivo racional.

5.^a El Ordinario del lugar en que exista una casa de Religiosas que deseen dedicarse á la postulación, no les concederá su licencia: 1.^o Si no le consta la verdadera necesidad de la casa ó de las obras piadosas á que aquella Comunidad se dedica. 2.^o Si la postulación puede hacerse cómodamente por otras personas que designara el mismo Ordinario. Si las necesidades de que se trata pueden ser remedias por la postulación hecha en el lugar donde residan las Religiosas ó dentro de los límites de la Diócesis, el Ordinario no concederá su licencia para recoger limosnas fuera de ella.

6.^a Ambas licencias se darán gratuitamente y por escrito, y en ellas podrá el Ordinario señalar las reglas y condiciones que juzgue ser más oportunas delante de Dios, dadas las circunstancias de los lugares, tiempos y personas. La licencia que el Ordinario concede á una Comunidad Religiosa deberá ir acompañada de una carta ó recomendación á los Párrocos y otras personas piadosas, cuando se trate de la postulación dentro de la Diócesis, ó á los Ordinarios de las otras Diócesis cuando las Religiosas hayan de salir de ella. En estas cartas comendaticias se encargará á los Párrocos y á otras personas piadosas que apoyen á las Religiosas con su consejo

y de la manera que juzguen más conveniente, y que vigilen su conducta; y si notaren en ella alguna cosa inconveniente, que lo comuniquen inmediatamente al Ordinario. En las commendaciones á los Ordinarios de las otras Diócesis les rogarán que pretejan y ayuden á las hermanas admitidas á la postulación como si fueran súbditas suyas.

7.^a Ningún Ordinario admitirá Religiosas de ajena Diócesis para postular en la suya, si antes no le exhiben la licencia de su propio Ordinario; á las que hubiesen llenado esta formalidad podrá, si así le place, concederles su autorización para postular en la suya propia; mas si las Religiosas, aun cuando estén provistas de ambas licencias, no se condujeren bien en la postulación, les mandará que vuelvan inmediatamente á su casa, y aun las obligará por otros medios si fuere necesario.

8.^a Las Superioras, principalmente si se trata de lugares fuera de su residencia, nunca enviarán á la postulación á sus Religiosas sino de dos en dos, y procurando que sean de las que reunan la madurez de la edad y del espíritu, y nunca por más tiempo de un mes dentro de la Diócesis, ni por más de dos fuera de ella, proveyéndolas del dinero necesario para que puedan regresar inmediatamente si les obligase á ello alguna necesidad imprevista. Las hermanas postulantadas guardarán siempre y en todas partes la modestia que conviene á su estado, evitarán la familiaridad con personas de otro sexo y las conversaciones inútiles, huirán del bullicio y no se acercarán á pedir limosnas á los cafés y otros lugares inconvenientes, ni se detendrán en su hospedaje más tiempo que el necesario para recoger las limosnas que se les hubiesen ofrecido. Nunca irán solas, ni se separarán mas que en caso de necesidad absoluta.

Para trasladarse de un punto á otro utilizarán

siempre que se pueda el ferrocarril, y procurarán, en cuanto sea posible, no sea durante la noche. Avisarán su próxima llegada á la persona para quien el Obispo les dió sus comendaticias, y cuando llegaren á la localidad adonde se dirigen, se presentarán á la referida persona suplicándole que les procure hospedaje en alguna comunidad de Religiosas ó por lo menos en casa de una señora piadosa, pero nunca en casas donde puedan encontrarse expuestas á algún peligro. Nunca omitirán sus prácticas de devoción por la mañana y por la noche. Procurarán oír Misa temprano en alguna iglesia próxima á su alojamiento, y cada semana recibirán los sacramentos de la Penitencia y de la Eucaristía. No pedirán limosna ni antes de salir el sol ni después de puesto, y terminado el tiempo que se les hubiere concedido para la postulación, se presentarán sin demora á su propia Superiora. No pedirán limosna con arrogancia ó como si tuvieran derecho á exigirla, sino que expondrán brevemente y con humildad su pobreza y las necesidades de sus obras, recibiendo lo que exponerán espontáneamente se les ofrezca, ó retirándose con paciencia confiadas en la Providencia Divina, observando en todo lo demás las reglas particulares que les hubiera dado su propia Superiora.

Dado en Roma, en el secretariado de dicha S. C. de Obispos y Regulares, el 27 de Marzo de 1896.— J. CARD. VERGA, *Praef.*—A. CAN. BOCCAFAGLI, *Subsecret.*

Sumario de este número —Encíclica de S. S. el Papa León XIII *De Unitate Ecclesiae*. Texto latino. (*Continuación*).— Decretos de la Sagrada Congregación de Ritos: 1.^º sobre extensión de privilegios de los Cardenales, en cuanto á la celebración de la Misa privada, á los Obispos Diocesanos y Titulares; 2.^º acerca de las Oraciones y Secuencia en las Misas de *Requiem*.— Decreto de la S. Congregación del Concilio acerca de la tasa Inocenciana en los asuntos no contenciosos.— Idem de la S. Congregación de Obispos y Regulares sobre postulación de las Religiosas. (Texto español).
